hiidem Quoniam Andreas Trudro ad suis successoribus satisfacere tenetur Nul
la prescriptione tamen in premissis omnibus obstante

Jaworski inscribit se Thurzanski

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Nobilis Wasko Jaworski Andreykowicz, A iure et foro suis propriis quibusvis recedendo huic vero iurisdictioni Castri Premisliensis se successores cum bonis omnibus quo ad effectum infrascriptorum subiiciendo et incorporando sanus mente et corpore existens publice recognovit, quia se successores super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus in manus Nobilis Andrei Thurzanski dicti Loy et successorum eius inscribit et obligat, quod Nobilis Olexa Jaworskij filius suus Illustrissimus Nobili Marcinone olim Nobilis Onysko Sieliezki filie, consorti vero sue Illustrissime coram Judicio et Actis terrestribus Premisliensibus pro primis vel secundis terminis terrestribus Premisliensibus ab acta presenti proxime celebrandis reformationem dotis post eam receptam iuxta formam iuris faciet, ibidemque coram eodem Judicio terrestri inscriptionem recognoscet. Sub vadio quadraginta florenorum pecunie monete Polonice in casu non satisfactionis premissorum per predictum Olexa Jaworskij in bonis eiusdem recognoscendo vel successorum eius repetendo, ad solvendum virtute inscriptionis presentis per eundem Wasko Jaworski eidem Andrei Thurzanski vel posteris eius succumbendo. Preterea hiidem Wasko Jaworski se successores super bonis suis eidem Nobili Andrei Thurzanski et posteris eius inscribit, hanc inscriptionem ex his Actis ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transferre et transportare sub vadio quadraginta florenorum pecunie monete Polonice in casu non transportationis ad solvendum totum quoniam opus fuerit succumbendo. Pro quibus vadio et vadiis succubuit quoniam se predictus Wasko Andreikowicz cum successoribus suis eidem Nobili Andrei Thurzanski aut posteris eius citare ad officium Castri Premisliensis permiserit totum recedendo a iure et foro suis propriis coram eodem officio Castri Premisliensis cuius iurisdictioni se successores cum bonis omnibus quo ad respondendum subiicit in primo Actionis termino stare parere respondere ac per eodem vadio satisfacere totum quoniam opus fuerit tenetur cum suis successoribus. Nullum terminum occasione premissorum vera vel simplici infirmitatibus Actione per maiori Bello expedientibus bellica ac legalibus impedimentis quibusvis differendo ad quietationem dilationem non petendo Pena trium Marcarum et trium Pena vadia non evadendo Motionibus appellationibus earumque prosequutionibus et iurisdictionibus remediis abrenuntiando, Nihilque sibi in auxilium contra inscriptionem presentem et eius deffectum recipiendo sue et suorum successorum sub commissione

totius causae, vigore solutionis vadii et vadiorum quo vel quibus solutis utique inscriptionis presentis totum quoniam sit necessarium satisfacere erit astrictus cum posteris suis Nulla prescriptione iuris obstante

Thelepian tenetur Komarniczki

Stans personaliter coram officio et Actis presentibus Providus Iwan olim Providi Wassyl Thelepian Advocatie seu Scultetie in Villa Sacramentis Regie Hussone ad Capitaneatum Samboriensem pertinentem Tenutarij filius A iure et foro suis propriis recedendo huic vero iurisdictioni Castri Premisliensis se successores cum bonis omnibus quo ad effectum infrascriptorum attinet subiiciendo et incorporando sanus mente et corpore existens ultro et libere recognovit, Quia Nobili Tierzko Komarniczki Andrei et eius successoribus summam septuaginta quatuor florenorum pecunie monete Polonice tenetur seque cum successoribus super bonis suis omnibus obligat huic prodie et festo Sancti Adalberti Pontificis proxime et immediate venturo dare et circa acta presentia Castri Premisliensis solvere et reponere sub vadio simili septuaginta quatuor florenorum pecunie monete Polonice in casu non solutionis summe preexpresse originalis per predicto tempore solutioni assignatam ad solvendum predicto Creditori aut posteris eius per eundem recognoscendo aut successores succumbendo, et in una summa capitalis committendo in bonisque omnibus predicti recognoscendo mobilibus et immobilibus nunc et postea habitis et habendis extendendo. Preterea inscribit se hiidem recognoscendo successores super bonis suis omnibus presentem inscriptionem ex his Actis ad Acta terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transportare sub vadio septuaginta quatuor florenorum pecunie monete Polonice pro quo vadio cum summa essentialiter iuncta, Tum alio vadio succubuit si se predictus recognoscendo cum successoribus suis eidem Creditori aut posteris eius ad officium Castri Premisliensis citare permiserit extunc a iure et foro suis propriis recedendo coram eodem officio cuius iurisdictioni se cum successoribus bonisque omnibus quo ad respondendum subiicit in primo Actionis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac per citatis omnibus satisfacere tenetur cum suis successoribus. Nullum terminum occasione premissorum vera vel simplici infirmitatibus actione per maiori ac legalibus quibusvis impedimentis differendo ad quietationem mortificationemque inscriptionis presentis ad eiusdem dilationem non petendo, Pena trium Marcarum et trium Pena vadium et vadia non evadendo. Motionibus appellationibus earumque prosequutionibus contraversiis prescriptionibus evasionibus ac dilationibus quibusvis universis abrenuntiando et quibusvis sibi in auxilium contra inscriptionem presentem assumendo sue et suorum successorum